N. Inv. 5499

ORDINATIONES

Fundationum

praesertim

in Bonis Universitatis sitarum

per manus

Procuratoris Universitatis

pendi solitarum.

1744.

CONSCRIPTA

Anno D 1616 de Bonis Swieborowice et Pielgrzymowice.

Die 19 Januarii Facta est Convocatio omnium DD. Pfrum Sala-
riatorum his verbis: Rnde Clarme Dne Doctor et Magister
Venerabilis. Adsit D.V. hodie hora 21 in Stuba Majoris Collegii
dum signum pulsu campanæ datum fuerit ad deliberandum su-
per Bonis Swieborowice et Pielgrzymowice ad incrementum Universita-
tis emptis arendan & pecunia certarum personarum in eadem Bona emen-
da collocata et contributa ab Universitate acceptan & approban atq or-
dinan. Item ad audiendam petitionem Rndi D. Martini Vadovii Sæ
Theologiæ Sententiarii super remissione obtinen pro loco inter Dres
Sacræ Theologiæ consequen. Item de pecunia Medices Facultatis
in usum Universitatis accept quatenus in augmentum ejusdem
Facultatis convertatur, et de aliis quæ per Rectorem proponentur
consulen tractan et finaliter concluden prout diligitis Bonum Uni-
versitatis et sub pæna non contradicen. Detur omnibus D. Dribus et
Magistris Universitatis duntaxat salariatis. Ex parte Rectoris
Universitatis Crac. Et posteaquam datq fuit locus Convocationi
conclusum est ex unanimi consensu ut ii arendarent et ordinarent
dicta Bona, qui ad ea comparanda contribuerunt videlicet M. Do-
minus Rector occasione suorum 800 Florenorum ac interim Præ-
positum Collegii DD Jurisconsultorum agens respectu 400 Flo-
renorum communitatis Collegii Jurisconsultorum cum Rndo Pa-
tre Domino Stanislao Batcovio Sæ Thliæ Doctore Canco Crac
occasione imprimis sui Millenarii, deinde Trium Millium pecu-
niæ Boreanæ cujus est Provisor, nec non Trium Millium Com-
munitatl Majoris Collegii cujus est interim Consiliarius Senior.
Insuper raoe unius Millenarii R.P. Schonei cujus est Execu-
tor, et cum Rndo Patre Dno Francisco Bogucki S. Thliæ B.
Canco Sti Floriani occasione 3000 suorum florenorum contri-
buen.
Quo ad 2dum punctum Convocationis dum D Rector imprimis
exposuisset voluntatem Illmi et Rndmi D. Petri Tylicki Epi-
scopi Crac hanc esse ut Census annuus Reemptionalis florenor
6000 Polonicalium, videlicet à decem Millibus pro Oratore in
Academia

Academia fundatis, floreni 500 Polonicales. Item à duobus Millibus pro Contubernio Jagellonio vulgo Pauperum dicto similiter à se donatis Floreni Centum Polonicales à quolibet Millenario floreni 50 polonicales duntaxat computan perpetuis temporibus per Procuratorem Universitatis persolverentur, deinde Voluntatem DD Executorum Rndi olim Petri Andreæ Schonei S. Theologiæ Doctoris ratione unius Millenarii hanc esse ut floreni 50 Polonicales per eundem Procuratorem Universitatis quibusvis casibus quotannis penderentur nomine Census Reemptionalis. Insuper proposuit Nomine aliorum DD. Benefactorum ad dicta Bona comparan contribuentium quatenus sint certi & aßecurati per Universitatem de suis portionibus tam principalium Summarum quàm Censualium per suos Beneficiatos tollen in augmentum Universitatis converten. Et conclusum est imprimis dictorum Bonorum Administrationem Provisionem, defensionem et dispositionem penes D. Rectorem pro tempore existentem Doctores et Magistros omnium Facultatum consistere debere, deq indemnitate census annui à duodecim millibus per Illrmum D. Eppum Crac pro Oratore & Contubernio erogatt Jagellonio. Item ab uno Millenario Rndi olim Petri Andreæ Schonei ab omni pecunia aliorum DD et in ordinatione sequenti specificandorum ad ea comparanda Bona contribuentium providere debere omnibusq interesse habentibus per Dominum Procuratorem Universitatis incipiendo pro Festo Trium Regum 1617 & aliis sequentibus annis infallibiliter satisfacere.

Arenda et Ordinatio Bonorum Swieborowice et Pielgrzymowice per Rndos Dnos Sebastianum Krupka U.I.D. et Rectorem, Stanislaum Bątcovium Sæ Theo. D. C.C. et Provisorem Bursæ Burcanæ, Franciscum Bogucki Sæ T. B. ab Alma Academia Crac ad eam rem deputatos facta.

Quandoquidem Bona Swieborowice et Pielgrzymowice in Anno praesenti

præsenti per D. Rectorem Universitatis Authoritate Illrmi et Rndmi DD. Petri Tylicki Eppi Crac. nec non aliorum DD. ad Summam Principalem contribuentium consensu viginti duobus millibus sunt comparata, et in triennium Gnoso Dno Alberto Mlodzieiowski in Mlodzieiowice Hæredi arendata ordinamus, ut Procurator Universitatis arendam a 400 florenorum Polonicalium ex dictis Bonis annuatim vel postea annis sequentibus pro diversitate segetum crescen. vel decrescen. ad manus suas recipiat, et de ea Arendatarem per D. Rectorem pro tempore existentem quietet, eamque secundum infrascriptam ordinationem distribuat, et raonem de ea simul cum aliis Universitatis Procuratoribus ante Dominicam Judica quotannis faciat. Imprimis autem quia ad comparationem horum Bonorum præfatus Illrmus ac Rndmus Eppus Crac. die ultima Augusti 1615 Duodecim Millia Florenorum Polonicalium in Thesaurum Universitatis dedit ac donavit ea conditione ut à quolibet centenario duntaxat 5 floreni Polonicales in augmentum Studii generalis Crac. penderentur, ideo occasione decem Millium Florenorum Polonicalium pro novo Eloquentiæ Professore in Academia Nostra per dictum Illrmum Episcopum fundato dabit annuatim Universitas Florenos Quingentos, ita quod Procurator Universitatis quolibet trimestri Florenos Polonicales Centum Viginti quinque numerabit Oratori huic novo in Academia per Universitatem electo, et per Venerabile Capitulum Crac. approbato, diligenterque cum profectu Studiosorum legenti. Et quia idem Illrmus Episcopus pro variis necessitatibus Bursæ Jagellonianæ vulgo Pauperum dictæ simul contulit Duo Millia Florenorum Polonicalium, ideo Procurator Universitatis in manus Provisoris dictæ Bursæ dabit Florenos Polonicales centum annuatim pro Festo Trium Regum aliis DD. Contributoribus persolvet secundum proportionem infra notatam. Cæterum à Summa Decem Millium Florenorum Polonicalium, quæ ex contributione diversorum Benefactorum collecta est à singulis centenariis Procurator Universitatis Florenos Polonicales sex annuatim numerabit, ideoque Præposito Domus Majoris Collegii occasione Trium Millium Florenorum Polonicalium dabit Florenos Centum octuaginta Polonicales, item Rndo Patri Stanislao

slao Bątcovio S. Th. Doctori Canonico Crac. ratione unius Millenarii numerabit Florenos Polonicales 60. Item D. Executoribus Rndi olim Patris Andreæ Schonei Sacræ Theologiæ Doctoris, Decani S. Floriani ex parte unius quoq. Millenarii dabit florenos sexaginta Polonicales. Item Rndo Patri Sebastiano Krupka Juris Utriusq. Doctori Præposito Vieliciensi respectu octingentorum Florenorum Polonicalium persolvet Quadraginta octo florenos Polonicales. Item Præposito Collegii DD Juris Consultorum occasione Quadringentorum Florenorum Polonicalium viginti quatuor florenos Polonicales. Item Rndo D. Francisco Bogucki respectu Trecentorum florenorum Polonicalium, 18 florenos Polonicales. Item pro Anniversario Stephani Regis respectu ducentorum quinquaginta florenorum Polonicalium in Bonis Pielgrzymowice inscriptorum dabit florenos 15 Polonicales. Item pro dismembratione Prsrum Salariatorum actu laborantium respectu florenorum Ducentorum Quinquaginta Polonicalium ex Proventibus Universitatis acceptorum cedent floreni 15. Polonicales. Item ex eadem summa pro labore & salario R D Procuratori Universitatis assignamus florenos tres Polonicales, et pro audientibus rationem similiter florenos Polonicales tres. Reliquum vero proventus annui videlicet centum nonaginta quatuor convertetur et conservabitur in onera Possessionis videlicet in lites si qua ratione supra nominatorum Bonorum emerserint, vel in refectionem prædiorum vel eorum emptionem, pecudum vel in casus fortuitos et alia similia. In posterum aut si proventus creverint vel quod absit decreverint Universitas Crac. omnium ut commodorum provenientium, ita damnorum evenientium se futuram obnoxiam & omnibus contributionibus quotannis pro Festo Trium Regum incipiendo ab anno 1617 dici præfati incunctatum esse soluturam recipiet, vel si Universitas arbitraretur aggravari ut quod absit casibus fortuitis debeat subjacere, et nihilominus integram summam Contributoribus vel eorum Beneficiariis superius specificatam teneretur quotannis persolvere, tunc ipsi Contributores vel iis decedentibus Provisores aut Executores eorundem contribuentium asservabunt specialem cistam in Thesauro Universitatis

Laudetur Deus et quod ejus Magnitudo ad universitatem hujus qu[illegible]
quando te video esse absolutum te inde accepturum uti [illegible]
valentes [illegible] cum habeamus magnitudinem [illegible] salu-

tatis sub 3bus clausuris comparatam, in eaq̄ accrescentem an-
nuam Summam pro variis casibus asservabunt quaecunq̄ super-
fuerint super omnes dictos census Contribuentibus vel eorum
Beneficiatiis annuatim acceptos, et postea accipiendos.

Villa Pielgrzymowice in R.D. Krupka.

	Fundatores et Contributores	Summa Principalis		Census annuus
1.	Illrmūs Tylicki..	fl. 12000	p fl. 5.	fl: 600.
2	Collegium Majus..	fl: 3000	p fl. 6.	fl. 180.
3.	D Borek........	fl. 3000	.....	fl. 180.
4.	D Balconius....	fl. 1000	.....	fl. 60
5	D Schoneus.....	fl. 1000	.....	fl. 60
6	D Krupka......	fl. 800	.....	fl. 48.
7	Collegium DD Juris p.	fl: 400	.....	fl. 24.
8	D Bogucki....	fl. 300	.....	fl. 18
9	Seren: Regis Stephani	fl. 250	.....	fl. 15.
10	Universitatis...	fl. 250	.....	fl. 15
	Striensis et Dulembie	fl: 4000	.....	fl. 240.
	Summa	fl. 26000		fl. 1440
	Ex Dziewięcioly Iuxta Ordinationem Almae Universitatis de Anno 1692 25 Februarii à Centenario omnib. cedent		p fl. 4.	
	Concionatori Solennitatum ad S. Annā	fl. 5000	.....	fl. 200
	Concionatori ad S. Valent.....	3000	.....	fl. 120.
	Pro Aniversario Marcoviano...	fl. 18000	.....	fl. 720.
	Pro Dismembratione Domus..	fl. 8000	.....	fl. 320
	Universitatis Anno 1688...	fl. 11815	.....	fl. 475 3/5.
	Summa..	fl. 45815.		fl. 1835 3/5.

Villa Nasiechowice in R.D. Krupka.

		Summa Principalis	p fl. 6.	Census Annuus
1.	D. Nowodworski	fl. 7000	.....	fl. 420.
2	Rep. D Opatovig	fl. 2000	.....	fl. 120.
3	D. Pudrem Blazovien	fl. 1000	.....	fl. 60
4	D Waligorski....	fl. 1000	.....	fl. 60
5	D Wiskicius....	fl: 900	.....	fl. 54.
6	D Janid.......	fl. 3000	.....	fl. 180.
	Summa...	fl. 14900		fl. 864.
1	D Krupka......	fl. 500	p fl: 6.	fl. 30
2	D Siradig. Nagrodig	fl. 2200	.....	fl. 132
3	DD Medicorum...	fl: 1000	.....	fl. 60
4	Capitt S. Floriani..	fl. 200	.....	fl. 12
5	Capitt S. Annae...	fl. 200	.....	fl. 12
6	D Schoneus........	fl. 200	.....	fl. 12
7	Collegium Majus Syrad.	100	.....	fl. 6.
8.	Minus Collegium Syradien.	fl: 100	.....	fl. 6
9	D Muscenius....	fl. 100	.....	fl. 6
10	Blazoviana Fundão	fl. 100	.....	[illegible] 6.
	Summa	fl. 4700		fl. 282.
1	Universitatis...	fl. 2400	p fl. 5.	fl. 120.
2	D Ustiensis.......	fl. 1200	.....	fl. 60
3	D Pilowski.......	fl. 660	.....	fl. 33.
4	D Petritii......	fl. 300	.....	fl. 15.
5	Hospitalis S. Valent	fl. 340	.....	fl. 20.
6	D Striensis....	fl. 5000	.....	fl. 250.
7	B. Cantii.....	fl. 5000	.....	fl. 250.
8	Capitt S. Annae...	fl. 500	.....	fl. 25.
	Summa	fl. 15400	.....	fl. 773.

Quid est Deus sublimiu potestas eu eendem M. perfinebit societate Micinski in sublimum sen de secundu propositum secundu
Bona Wielmozna et Milonki In Rectoratu eu in A. M. Adalberto

Bona Wielmozna et Milonki. In Rectoratu Adm. R. M. Adalberti Micinski 1744.

	Fundationis	Summa Princip.	Arend f 7.	Census f 6.
1	Starnigeliana	fl. 16000		fl. 960
2	Zagomiana	fl. 6000		fl. 360
3	Lisbiniana	fl. 2000		fl. 120
4	Rudniciana	fl. 1000		fl. 60
5	Kwasnieviana	fl. 2000		fl. 120
6	Malogosciana	fl. 1000		fl. 60
7	Capituli S. Floriani	fl. 950		fl. 57
8	Zaboroviana	fl. 750		fl. 45
9	Blazoviana	fl. 1979 }		
10	Universitatis	fl. 321 }		fl. 38
	Summa totalis	fl. 35000	2450	2100

Ordinatio antiqua per M. D. Rectorem Por illrem et adm. Rndum Zietkiewicz Cancum C. Crac. Adm. Rndum Kutlinowski Archidiaconum OO. SS. adm. Rndum Filipowicz S. Floriani Cancum Procurem Universitatis ac Decanum Philosophicae Facultatis Viros 5 ab Universitate deputatos innovata Suma Census fl. 960 provenien ex Bonis Wielmozna Milonki à Summa capitali 16000 percipiendorum per 6. pro centum ex Fundatione olim Adm. R. D. Laurentii Strangelii Universitati pro Anniversario die 3. 9bris celebrando fl. 500 distribuendi inter omnes salariatos Pfres includendo Adm. RR. DD. in Beneficiis emeritis ad Crac. commorantes. Item Novoduorscianos et Contuberniorum Seniores dummodo Vigiliis et Sacro praesentes adfuerint fl. 500

Sacerdotibus No. 24 Missas celebran.	fl.	24.
Vigilias cantantibus No. 16	fl.	16
Oratori in Anniversario perorante	fl.	30
Celebranti Sacrum	fl.	6
Musicae fl. 10. Sacristae fl. 3.	fl.	13
Pro vino et cera	fl.	6
Campanistis fl. 2. Ministris fl. 2.	fl.	4.
Pauperibus ad Templum	fl.	6
Collegio Majoris refectionibus	fl.	200
DD. Juris Consult.	fl.	24
Collegio Minori	fl.	20
Contubernio Jagelloniano	fl.	15
Hierosolymitano	fl.	10
Philosophorum	fl.	10
Contubernio Sysiniano	fl.	6
Geloniano	fl.	6
Staringelianum ex officio interim exvacanti	fl.	6
Scholae S. Floriani	fl.	10
Sanctae Annae	fl.	10
Omnium Sanctorum	fl.	10
B. Mariae Virginis	fl.	10
In arce	fl.	6
Sancti Spiritus vacat		
Corporis Christi		6
S. Stephani	fl.	6
S. Nicolai extra civitatem	fl.	6
		960

adjustas eu secundu … tatem

Quid est ejus madi neglectus … quod judiciu provenit in Stat

Bona Szczebrzuz et Slupiec

Fundationis Serenissimae Annae Jagellonicae ad	Summa Princip.	Arend f 7.	Census per 6.
Contubernium Pauperum	fl. 6000		fl. 360
D. Thomae Pizdrensis	fl. 1000		fl. 60
Universitatis: Srmae Annae	fl. 2000 }		
Universitatis: Illrmi Epi Plocen.	fl. 500 }		fl. 180
Universitatis: Universitatis	f. 500 }		
Majoris Collegii	fl. 1000		fl. 60
D. Joannis Muscen.	fl. 2000		fl. 120
D. Nowodworski	fl. 8000		fl. 480
Capituli S. Annae	fl. 1000		fl. 60
D. Syradii	fl. 3300		fl. 198
D. Bationii	fl. 1400		fl. 84
D. Schonei	fl. 1000		fl. 60
D. Pizdrensis	fl. 1000		fl. 60
Universitatis	fl. 1200		fl. 72
S. Annae Altaris Maj.	fl. 200		fl. 12
D. Opatovii	fl. 1000		fl. 60
D. Barovii	fl. 1000		fl. 60
D. Ustiensis	fl. 600 }		
D. Batcovii	fl. 200 }		fl. 54.
Universitatis	fl. 100 }		
Medicae Facultas	fl. 2000		fl. 120
Summa	fl. 35000	2450	2100

16000 960 = 100
96000 / 6
96

100 7 = 16000
112000 / 1200

960 10 = 1200
19200 / 12
96
240
192
- 50

Ordinatio fructûs annui Trium Millium Ducentorum Florenorum Polon. Uladislavianæ Fundaõis

Pro primo Cursista fl.	400
Pro secundo Cursista fl.	400
Pro Historico et Chronographo fl.	200
Pro Casista fl.	200
Pro Geometra Geographo et Fortificatore fl.	300
Pro Institutista Canonico fl.	200
Pro Institutista Civili fl.	200
Pro Musicæ exercitio fl.	50
Provisori Lecturarum fl.	100
Bursistis Culmensibus Nº 6 fl.	300
Pro augendo stipendio 3bus Classicis fl.	100
Pro Missa annua Feriali tantum fl.	100
Pro lignis in Classibus fl.	50
Pro Calculatoribus et Revisoribus annuatum Lecturarũ cujusq. Professionis fl.	6 aut 7
Pro reparatione Classium transportatarum vel Censu æquivalenti reddendo Academiæ aliisq. occurrentibus quod restat nempe pro censu Collegii Majoris æquivalenti fl.	200
Pro reparatione Classium restant flor.	258
Item pro Borcana Stezycyonasti & censu æqualenti fl.	105
Summa prædictarum Pensionum fl.	3200

Quæ quidem Ordinatio fructus annui Trium Millium Ducentorum Florenorum Polonicalium Uladislavianæ Fundationis partim à Summa Capitali Triginta Millium Florenorum Polonicalium per Perillrem olim Fundatorem Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Trigesimo in Bonis Oppidi Izbica cum attinentiis per sex pro cento sub suæ suorumq. successorum totius et integræ causæ amissione locata et sub eadem clausula roborata coram Actis Curiæ Regiæ Varsavien. Sabbatho ante Festum S. Ægidii Abbatis ibidemq. hærente partim à Summa Capitali Viginti Millium Florenorum Polonicalium per Universitatem Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Tertio coram Actis Castren. Crac. Sabbatho post Festum S. Mathæi Apostoli proximo per septem pro cento originaliter in Bonis Korabniki cum attinentiis inscripta inde in Bona Krzelow, deinde in Bona Krasnica postea in Bona Wilkowice et Rudno ac tandem in Bona Swieczkow et Chotow Anno Dñi 1745 Feria 2da post Ramis palmarum corammet iisdem Actis Castren. Crac.

translata

translata, ibidemq̄ hærente provenientium in Salaria certarum Lecturarum specificatarum et alios usq̄ juxta dispositionem Pientissimi Fundatoris et ejusdem ultimæ Voluntatis Fidelissimi Executoris Perillris olim Joannis Raciborski Decani Varsavien Canci Pultovien ac convertendorum per quem ex mente Fundatoris Anno circiter 1632 ejusdem Fundationis distribuendæ Planta supraspecificata ad Universitatem est transmissa, prout ex reformatione prioris inscriptionis per Magnificum Lendzki coram Actis itidem Varsavien Anno Dñi 1733. ante Festum SS. Viti et Modesti Martyrum facta, nec non ex inscriptione Summæ posterioris Trium Millium Trecentorum Triginta Trium Florenorum gross: 10 actu eodem effectuata ac deniq̄ ex Conclusione Venerabilis Communitatis Collegii Majoris Aõ. Dñi 1636 Die 2da Junii de Censu Ducentorum Florenorum Collegium Majus ac de aliis Censibus si qui in Domunculis Lapideis e regione Templi S. Annæ pro Classibus de novo pro tunc erigendis per Collegium Majus cessis antiquitus fuerint fundati ex Fundatione Vladislaviana in Bonis Korabniki hærente per Procuratorem Universitatis pro tempore existentem providendo sive providendis lata dicitur. Nec obstat quod major Summa in Bonis Oppidi Izbica quam Triginta Millium reperiatur. Quia Summa Trium Millium Trecentorum Triginta Trium Florenorum. gross 10 e p Perillrem olim Joannem Raciborski supraspecificatum pro Borcana seu Provisione Studiosorum easdem Lectiones audientium ut supra 1633. locata in prædictis Bonis prout videre est Libro Borcanarum fol 63 Titt Raciboriana I Secunda Summa Capitalis. Hæc Summa per Gnosum Joannem à Zgwiczek Zowicki Castellanum Jnovladislaviensem Actis Castren Varsavien Feria 2da ante Festum SS. Viti et Modesti Martyrum Anno Dñi 1633 inscripta. Census ab illa est Florenorum Ducentorum

PETRUS TYLICKI DEI & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Cracovien Dux Severiæ. Præsidia Literarum quæ Ecclesiæ Hierarchiæ Bases & Fundamenta sunt dum destituta temporalibus subsidiis languescant, eorum Professores quo ad possumus facultatibus sublevari nobis duximus. Proinde cum anteactis in Alma Universitate Generalis

Studii

Studii Cracoviensis Privatæ Scholæ institutæ nullis reditibus instructæ hucusq sint. Nobis vero ex præscripto Statutorum Provincialium incumbat eidem Universitati annuatim Centum aureos pendere. Hanc Summam Centum aureorum hisce Scholis privatis applicandam decrevimq. Quod quidem stipendium ut privatarum Scholarum Moderatoribus certius proveniat sortem Villæ Biala quæ Patrimonio Ecclesiæ Nostræ continetur ex hac causa Universitati Studii Cracoviensis una cum consensu Rndmorum Dominorum Prælatorum et Canonicorum totiusq Venerabilis Capituli Ecclesiæ Nostræ Cathedralis Cracoviensis in perpetuum damus & donamus tali occasione ut fructum ex ea provenientem privatarum Scholarum Præceptoribus primario erogen iiq sedulo institutioni Juventutis incumbant. In quorum fidem Psen manu Nostra Sigillum Nostrum et Venerabilis Capituli Ecclesiæ Nostræ Cathedralis Cracoviensis sunt subimpressa. Cracoviæ prima Octobris Anno Millesimo Sexcentesimo Decimo quinto Petrus Episcopus Cracoviensis Locus + Sigilli. — Cujus quidem Donationis Originale ab Officio præsenti isidem offerens ad se vicissim recepsit. Actum in Castro Cracovien Feria 2da ante Festum Sancti Mathæi Apostoli et Evangelistæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo septimo.

PETRUS TYLICKI DEI et Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Cracoviensis ac Almæ Universitatis Generalis Studii Cracoviensis Cancellarius. Notum facimus quòd cum Universitas Cracoviensis dato nonnullis è numero sui Professoribus negotio Ordinationem instituerit de promovendis privatis studiis rationemq privatim docendi exactè conscripserit. Nos easdem Ordinationes

nes et docendi rationem recenter per Professores conscriptam ratham habendo ipsam confirmamus, ac ut eam hi ad quos id spectat observent praecipimus, quod Magnifico Domino Rectori Universitatis sedulo respiciendum committimus. Cum vero studia absq; temporalibus subsidiis languescant, reditus Villae Biala per Nos Universitati addictae Professoribus privatim docentibus adjungimus ita distribuen. prout iisdem ordinationibus est descriptum. Praeterea ordinamus ut huj9 anni Millesimi Sexcentesimi Quindecimi reditus nemo sibi usurpet, sed iis Praeceptoribus privatim docentibus applicentur. Quod ne aliter fiat sub poena Excommunicationis mandamus. In quorum fidem praesentes manu nostra subscriptas Sigillo Nostro signari fecimus Datt Wawrzynciciis Die septima Octobris Millesimo Sexcentesimo Decimo quinto Petrus Episcopus Crac. manu propria.

Distributio Proventuum Bonorum Villae Biala.

Professori Scholae Dialecticae
Professori Scholae Rhetoricae
Professori Pöeseos 2darum horarum
Professori Pöeseos 1marum horarum
Professori Grammaticae 2darum horarum
Professori Grammaticae 1marum horarum
Pro reparatione Classium ac conservaõe Bonor.
Deniq; pro Universitate.

Fundatio Roszczeviana

Fundatio hæc Anno Christi 1666 Feria secunda post Festum SS. Simonis et Judæ Apostolorum proxima. Coram Actis Castrensibus Crac. per Clarissimum olim M. Lucam Piotrowski stabilitata in Bonis Tęgobórz Szczodrkowice et Willamowice partim modo venditorio, partim donatorio, partim reemptionaliter locata. Originaliter Census ejus et proventus omnes annui soluto censu à quatuor Millibus in Tęgobórz ante acquisitionem ejusdem Villæ pro Borcana Rozanseyana et Præcladiana locatis dividebatur bifariam quorum medietas pro Anniversario Fundatoris, medietas pro Magistris laborantibus sive conditione cedebat. Ita Perillustris olim Sowinski ejusdem Fundationis Provisor ordine secundus Tabulis ejusdem Fundationis Anno 1696to per ipsum auspicatis ordinatum fuisse per Almam Universitatem testatur. Annumq̄ talis Ordinationis 1639 die Vigesima Octava Mensis Februarii prospecta expressis mente Perillustris olim Testatoris et Fundatoris M. Adami Roszczevii J.U. Doctoris et Professoris Canonici Cathedralis Cracovien. Collegiatæ SS. OO. Crac. Primicerii Parochialium S. Nicolai ad Crac. et in Smarzowice Curati, Viri de Ecclesia Dei et Academia optimè meriti quod nimirum octodecem Millia pro quibus originativa Bonorum Szczodrkowice donatio coram Actis Castren. Crac. 1661 Feria quarta post Festum S. Valentini proxima per Perillustrem Fundatorem è acquisita; pro novellis in Artibus et Philosophia Magistris quos Commensales et Alumnos suos No. 12 esse voluit, ordinaverit. Tum quoq̄ attenta conservatione eorundem Bonorum ac Lythro plerumq̄ excessivo Alma Universitas statuit ut ex prædictis Villis et ab octo Millibus in Willamowice locatis seu potius ex totali Summa in prædictis omnibus Bonis modo suprascripto locata Proventus omnes &

Census

Census annui quotannis Trifariam dividerentur. Ex quibus una pars tertia pro novellis in Artibus et Philosophia Magistris modo infrascripto exdividenda reservaretur. Altera pars tertia pro Anniversario Fundatoris Feria quarta post Dominicam Secundam Quadragesimæ ut assolet celebrando exdivideretur. Reliqua deniq; pars tertia totalium proventuum pro supportandis eorundem Bonorum oneribus nempe pro conservatione prædictarum Villarum Tęgobortz et Szczodrkowice, nec non pro solvendis Borcanis ut supra ac etiam in casum pro vindicandis censibus de Willamowice quotannis penes Universitatis Proventus alios relinqueretur et remaneret.

Et quoniam ad præsens prædicta Pars Tertia Proventuum totalium nisi ad florenos 600 et aliquando ad 700 vel paulo plures ascendit ex Novellis Magistris omnes nrō 12 Mensam communem habere non possent, Fructusq; ejusmodi Fundationis in Grege admodum pusillo appareret; non instruendo autem Mensam communem sed permodum Borcanæ pro ratione diligentiæ et applicationis uniuscujusq; ad Lectiones Facultatum Superiorum Theologicas Juridicas ac Medicas cum continuatione exercitii in Mathematicis Philosophicis, nec non in usu linguarum Hebraicæ Græcæ Gallicæ ac Germanicæ eandem ad omnes & singulos extendendo in pluribus hujusmodi Fundationis fructus elucesset. Inter Lectiones certarum Feriarum numerabitur Lectio Regularum Juris et quarumcunq; Linguarum exoticarum. Item exercitium Græcæ ac Hebraicæ linguæ ad Lectionem Sacræ Scripturæ atq; aliarum Politicarum artium & Historiarum Civilium pernecessarium. Et hoc totum per totam Universitatem A. D. 1741. Die 10 Mens. Julii est approbatum Conclusione ejusmodi. Ad somum Fundatio de Alumnis Roscześzevianis pro ratione applicationis in omnes novellos Mgrōs extendenda cum obligatione cum obligatione suscipiendi Functiones Academicas completo studii biennio.

Fundatio Radiminsciana.

MARTINUS RADIMINSKI

in Universitate Crac. Regius Professor Cursum Sacramentalem biennio prælegendum exigit. In Nomine Domini Amen Parum abest à probo prudentum judicio qui in compositis sarcinis, et insalutatis Hospitibus descendit à diversorio. Justitia poscit, ut unicuiq suum reddatur. Honesti regula postulat non esse obliviosum humanitatis. Ea propter ego ultimum mori quotidie mente revolvens ne imparatus ex hac statione vitæ decedam; res mihi à Deo concreditas sanus mente et corpore sic disposui et hoc Testamentum condidi. Imprimis &c. Emi Censum Centum Quadraginta Aureorum in Bonis Bestfnia et Kumorowice in Districtu Zatorien. apud Gnosum D. Joannem Wisembergk pro summa Duorum Millium aureorum Hungaricalium in specie justissimi ponderis & valoris ea cum conditione quod si aliquando Summa Capitalis ex Dictis Bonis transferetur non in alia quàm in auri specie juxta inscriptionem factam id fiat et similiter alibi locetur ad emendum Censum in auro provenientem. Census igitur est resolutus uti jam currit moneta facit in annum Octingentos & Quadraginta florenos Polonicales. Hoc taliter in honorem Dei, salutem proximorum augmentum Literarum, Bonum Almæ Universitatis & animæ meæ refrigerium sic ordino Almæ Universitati Crac. pro singulari protectione & Cursus Sacramentalis lectione / quem ut sufficientem & parem muneri quiquis ille fuerit ut eligat per Dei misericordiam obsecro / quotannis cedent Floreni septuaginta. Pro litibus quovis anno servabuntur Floreni 10 A.R D. Universitatis Procuratori pro cura in exigendo Censu floreni quinq, audientibus rationes floreni quinque. Lector Cursus Sacramentalis intra biennium finiendi qui exclusis Etesiis et Feriis statim ad initium cujusvis Commutationis incipiet et ad Dominicam Palmarum hyemali, æstiva ad

Festum

Festum Sancti Michaelis fidelissimè, in quo conscientiam ejus obligo, leget, et Disputationes quovis mense publicas instituet, annuatim pro labore accipiet Florenos septingentos. Neve et ipse et auditor ejus frustrà scriptionibus onerentur Lector Tractatus A. R. olim Adami Opatovii de Sacramentis adhibitis ex Bibliotheca Authoribus ex quibus ille suos Tractatus conscripsit quales sunt S. Thomas, Nunnus, Dominicus Soto, Franciscus Sylvius et alii media hora diligenter explicabit, altera media hora dubia ab Auditoribus proposita solvet ad quem finem quinquaginta florenos sic ordino: 35 florenis quolibet anno comparentur ex Bibliotheca Artistarum Artistarum Tractatus de Sacramentis Adami Opatovii impactori dabuntur flor. 15 libros sic paratos Lector ad initium Cursus Sacramentalis inter Auditores diligentiores et pauciores distribuet post finitum Cursum eosdem repetet et sequentibus Cursus Sacramentalis Auditoribus communicabit, et sic consequenter. Vacante propter pestem quod absit aut alia de causa Cursu, Summa proveniens ex Censu pro impressione Tractatuum de Sacramentis ubi acquiri non poterint, servetur. Quanquam Novodvorsciana Typographia cum ad usum Universitatis sit instituta eosdem pro augmento Literarum ex intentione Fundatoris imprimere fortassis deberet; spero Misericordias Domini quarum non est numerus hanc meam indignam licèt piam tamen voluntatem à Divina Majestate in holocaustum obligationis et placationis pro peccatis meis à pientissima Matre Academia Crac. in vim gratitudinis tanquam studiosæ juventuti maximè proficuam susceptum iri, cum id unicè semper optaverim, ut per debitam Divinorum Sacramentorum administrationem proximorum saluti consuleretur. Domine Tu scis desiderium meum. Quodsi Almæ Universitati hæc mea dispositio placuerit &c. Hæc manu mea scripsi Diebus Pentecostes A. 2. et 3

2. et 3. Die Junii absoluto S. Jubileo Anno Dñi 1664. M. Martinus Radiminski S. Prothonotarius manu propria. M. Jacobus Porayski I.U.D. tanquam testis specialiter ad id rogatus manu propria. M. Andreas Kucharski S. Thliae Doctor et Pfr Ecclesiar. Cathedralis Crac. Can̄cus S. OO Praepositus Universitatis Crac. Gnālis Rector ulti-mam hanc voluntatem pie defuncti olim Excellentissimi et Doctissimi Viri Martini Radiminski Collegii Majo-ris Regii Professoris et Tarnoviani approbat idem qui supra.